

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 Vtrum actio hominis habeat bonitatem, vel malitiam ex obiecto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

Q V A E S T . X V I I I .

- ¶ Quinto, vtrum aliqua actio hominis sit bona, uel mala in sua specie.
 ¶ Sexto, vtrum actus habeat speciem boni, uel mali ex fine.
 ¶ Septimo, Vtrum species quae est ex fine, continetur sub specie, quae ex obiecto, sicut sub genere, aut econverso.
 ¶ Octauo, Vtrum sit aliquis actus iudicantis secundum suam speciem.
 ¶ Nono, Vtrum aliquis actus sit indifferens secundum individuum.
 ¶ Decimo, Vtrum aliqua circumstantia constituat actum moralium in specie boni, uel mali.
 ¶ Undecimo, Vtrum omnis circumstantia augens bonitatem, uel malitiam, constituat actum moralium in specie boni, uel mali.

A R T I C U L V S P R I M V S .

Vtrum omnis humana actio sit bona, uel aliqua mala.

Inf. art. 2. co.
& q. 73. ar.
7. ad i. Et
mal. i. 2. ar.
1. 2. & 3. &
5. co.
cap. 4. par.
4. a. medio.

Text. 20. to
mo 3.

Ca. 4. par. 4.
4. aliquantu
lun a. prim.

q. 5. art. 3.

p. p. q. 5. ar.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod omnis actio hominis sit bona, & nulla sit mala. Dicit enim* Dio. 4. c. de diu. no. Quod malum non agit nisi uirtute boni: sed uirtute boni non fit malum. ergo nulla actio est mala.
 ¶ 2 Præ. Nihil agit, nisi secundum quod est actu: nō est autem aliquid malum secundum quod est actu, sed secundum quod potentia priuat actu. In quantum autem potentia perficitur per actu, est bonum, ut dicitur in 9.* Metaph. Nihil ergo agit, in quantum est malum, sed solum in quantum est bonum. omnis ergo actio est bona, & nulla mala.

¶ 3 Præ. Malum non potest esse causa nisi per accidens, ut patet per* Diony. 4. ca. de diu. no. sed omnis actionis est aliquis per se effectus. nulla ergo actio est mala, sed omnis actio est bona.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit Io. 3. Omnis qui male agit, odit lucem. est ergo aliqua actio hominis mala.

RESPON. Dicendum, qd de bono, & malo in actionibus oportet log, sicut de bono, & malo in rebus, eo qd unaquaque res talem actionem producit, qualis est ipsa. In rebus autem unumquodque tantum habet de bono, quantum habet de esse: bonum enim & ens conuertuntur, ut in primo* dictum est. Solus autem Deus habet totam plenitudinem sui esse secundum aliqui unum & simplex: unaquaque res uero habet plenitudinem essendi sibi conuenientem secundum diuersa. Vnde in aliis cōtingit, quod quantum ad aliquid habent esse, & tamen eis aliquid deficit ad plenitudinem essendi ei debitam, sicut ad plenitudinem esse humani requiritur, quod sit quoddam compositum ex anima & corpore, habens oēs potentias & instrumenta cognitionis & motus. Vnde si aliquid horū deficit, alicui homini, deficit ei aliquid de plenitudine sui esse: quantum igitur habet de esse, tantum habet de bonitate: in quantum uero aliquid ei deficit de plenitudine essendi, intantum deficit ei bonitate, & dicitur malum, sicut homo cœcus habet de bonitate quod uiuit, & malum est ei quod caret uisu. Si uero nihil heret de entitate, uel bonitate, neq. malum, neq; bonum dici possit: sed quia de ratione boni est ipsa plenitudo essendi, si quidem alicui aliquid defuerit de debita essendi plenitudine, non dicetur simpliciter bonum, sed secundum quid, in quantum est ens: poterit tñ dici simpliciter, ens & f'm qd nō ens, ut in primo* dictu est. sic igit dicendum est, quod omnis actio in quantum habet aliquid de esse, intantum habet de bonitate: in quantum uero deficit ei aliquid

A R T I C . I . E T I I .

de plenitudine essendi, quæ debetur actioni humanae, intantum deficit ei bonitate: & sic dicitur mala: puta, si deficit ei uel determinata quantitas secundum rationem, uel debitus locus, uel aliquid huius modi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod malum agit in uirtute boni deficientis. Si enim nihil esset ibi de bono, neque esset ens, neque agere posset. Si autem non esset deficiens, non esset malum. uñ & actio causa est quoddam bonum deficiens, quia secundum quid, est bonum: simpliciter autem, malum.

AD SECUNDVM Dicendum, qd nihil prohibet aliqd esse secundum quid in actu, unde agere possit, & secundum aliud priuaria actu, unde causa est deficiens actionem, sicut homo cœcus actu habet uirtutem gressiuam per quam ambulare potest: sed in quantum caret uisu, qui dirigit in ambulando, patitur defectum in ambulando, dum ambulat respicendo.

AD TERTIVM dicendum, quod actio mala potest habere aliquem effectum per se, secundum id quod habet de bonitate & entitate: sicut adulterium est causa generationis humanæ, in quantum habet commissiōnem maris & foeminae, non autem in quantum caret ordine rationis.

A R T I C U L V S I I .

Super quest. decima-octaua articulum secundum.

Vtrum actio hominis habeat bonitatem uel malitiam ex obiecto.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod actio non habeat bonitatem, uel malitiam ex obiecto. Obiectum, n. actionis est res in rebus autem non est malum, sed in uisu peccantium, ut Aug. dicit in li. 3. de * doct. Christ. ergo actio humana non habet bonitatem, uel malitiam ex obiecto. ¶ 2 Præ. Obiectum cōparat ad actionem ut materia: bonitas aut rei non est ex materia, sed magis ex forma quae est actus: ergo bonum & malum non est in actibus ex obiecto. ¶ 3 Præ. Obiectum poterit actiuē cōparatur ad actionem, sicut effectus ad cām: sed bonitas cām non depēdet ex effectu, sed magis ex eo uero: ergo actio humana non est bonum, uel malum ex obiecto.

SED CONTRA est, quod dicitur. Facti sunt abominabiles sicut ea, qd dilexerunt. Fit autem homo Deo abominabilis ppter malitiam sua operationis: ergo malitia operationis est secundum obiecta mala, quae homo diligit: & ea dē ratio est de bonitate actionis.

RESPON. Dicendum, qd sicut* dictu ē. Bonum & malum actionis, sicut & caterari rerū, attēditur ex plenitudine essendi, uel defectu ipsius. Primum aut qd ad plenitudinem essendi pertinere uñ, est id qd dat rei speciem: sicut autē res naturalis habet spēm ex sua forma, ita actio habet speciem ex obiecto, sicut & motus ex termino. Et iō sicut prima bonitas rei naturalis

Circa articulū secundū, quæstio nis ciudem, omissis primo, aduteris primi, quod plus determinas, quam querierit, non solum dicit, quod actus est bonus moraliter ex obiecto, sed qd uero habet bonitatem primā & specificam ab eo. Cū enim omnis quæstio medij, vt patet secundo Posteriorum, optimē responderit simil, quia est, & propter quid est actus bonus moraliter ex obiecto: quia scilicet est specificans primum. Adverte secundū, qd licet in primo horū, scilicet, quod prima bonitas moralis in actu sit ex obiecto, ita equum Scotus authoris doctrinam, in secundo tamen horū dissentit in quo liber, quæstione decimocūtauā articulo primo, putans quod determinatio ex obiecto, ita constituit artib, bonitatem actus moralis, quod nullam specificam bonitatē det illi, sed capacitatē omnis bonitatis specifica in genere moris: hæc quidem dicit, sed non probat: & tamen constat, quod amare Deum, & odī Dei, actus matrimonialis adulto-

adulteris, & similia
bonitatem & malitiam
habet specificam ex
objectione, ita qd̄ nō fo-
lum bonitatem, uel ma-
litiam genericā, sed iū
nuocem dat obiectū,
ut uti re sua, aut alie-
nated etiā specialissi-
mā, gnare ex ppria,
aut ex aliena uxore.

D 67.
primum malum est, si res genera-
ta non consequitur formam spe-
cificam, puta, si nō generetur ho-
mo, sed aliiquid loco hominis: ita
primum malum in actionibus moralibus est, quod
est ex obiecto, sicut accipere aliena: & dicitur malū
ex genere, genere pro specie accepto, eo modo lo-
quendi, quo dicimus humanum genus totam hu-
manam speciem.

A D PRIMVM ergo dicendum, quod licet res exteriores sint in scriptis bona, tamen nō semper ha-
bent debitam proportionem ad hanc, uel illā actio-
nem: & ideo in quantum considerantur, ut obiecta
tum actionum, non habent rationem boni.

A D SECUNDVM dicendum, quod obiectum non est materia ex qua, sed materia circa quam: &
habet quodammodo rationem formae, in quantum
dat speciem.

A D TERTIVM dicendum, quod non semper obiectum actionis humanae, est obiectum actiū pot-
tentia. Nam appetitiva potentia est quodammodo
passiva, in quantum mouetur ab appetibili: & tamē
est principium humanorum actuum. Neque etiam
potentiarum actiuarum obiecta semper habent ra-
tionem effectus, sed quandojam sunt transmutata: sicut
alimentum transmutatum, est effectus nutriti-
væ potentiae: sed alimentum nondum transmuta-
tum comparatur ad potentiā nutritiā, sicut ma-
teria circa quam operatur. Ex hoc autem quod obie-
ctum est aliquo modo effectus potentiae actiū, se-
quitur, quod sit terminus actionis eius, & per conse-
quentes quod det ei formam & speciem: motus enim
habet speciem a terminis. Et quamvis etiam bonitas
actionis non causetur ex bonitate effectus, tamē ex
hoc dicitur actio bona, quod bonum effectum in-
ducere potest: & ita ipsa proportio actionis ad effec-
tum, est ratio bonitatis ipsius.

ARTICVLVS III.

A D QVARTVM sic proceditur. Videlur, quod
action non sit bona, uel mala ex circumstantia.
Circumstantia enim circumstantia est, sicut extra
ipsum existentes, ut dictum est: sed bonum & malum
sunt in ipsis rebus, ut dicitur in 6. Metaphysic. ergo
action non habet bonitatem, uel malitiam ex circun-
stantia.

T 2 Pr̄t. Bonitas, uel malitia actus maximè con-
sideratur in doctrina morum: sed circumstantia, cū sint
quædam accidentia actuum, uidentur esse pr̄ter cō-
siderationem artis: quia nulla ars considerat id, quod
est per accidens, ut dicitur in 6. Metaphysic. ergo bonitas
uel malitia actionis non est ex circumstantia.

T 3 Pr̄t. Id quod conuenit alicui secundum suam
substantiam, non attribuitur ei per aliquod accidens:
sed bonum & malum conuenit actioni secundum
suam substantiam, quia actio ex suo genere potest
esse bona uel mala, ut * dictum est. ergo non conve-
nit actioni ex circumstantia, qd̄ sit bona, uel mala.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in li. *
Eth. quod virtuosus operatur secundum quod opor-

attenditur ex sua forma, qd̄ dat spe-
cie ei, ita & prima bonitas actus
moralis attenditur ex obiecto cō-
uenienti: unde & à quibusdā uo-
catur bonum ex genere, pura, uti
re sua. Et sicut in rebus naturalib.
primum malum est, si res genera-
ta non consequitur formam spe-
cificam, puta, si nō generetur ho-
mo, sed aliiquid loco hominis: ita
primum malum in actionibus moralibus est, quod
est ex obiecto, sicut accipere aliena: & dicitur malū
ex genere, genere pro specie accepto, eo modo lo-
quendi, quo dicimus humanum genus totam hu-
manam speciem.

R E S P O N. Dicendum, quod in rebus naturali-
bus non inuenitur rotā plenitudo perfectionis, quæ
debetur ei ex forma substantiali, quæ dat speciem:
sed multum superadditur ex superuenientibus acci-
dentiis, sicut in homine ex figura, ex colore, & sic
de aliis, quorum si aliquod deficit ad decentem habi-
tudinem, confequitur malum: ita ēt est in actione.
Nam plenitudo bonitatis eius non tota consistit in
sua specie, sed aliiquid additur ex his, quæ adueniunt
tanquam accidētia quædam: & huiusmodi sunt cir-
cumstantiae debitæ: unde si aliquid deficit, quod reg-
ratur ad debitas circumstantias, erit actio mala.

A D PRIMVM ergo dicendum, qd̄ circumstantiae
sunt extra actionem, in quantum non sunt de es-
sentiā actionis, sunt tamen in ipsa actione uelut quædam
accidentia eius: sicut & accidentia, quæ sunt in sub-
stantiis naturalibus, sunt extra essentiā earum.

A D SECUNDVM dicendum, quod non omnia
accidentia per accidens se habent ad suam substatiā,
sed quædam sunt per se accidentia, quæ in unaqua-
que arte considerantur; & per hunc modum consi-
derantur circumstantia actiū in doctrina morali.

A D TERTIVM dicendum, quod cum bonum
conueratur cum ente, sicut ens dicitur secundum
substantiam, & secundum accidēs: ita & bonum at-
tribuitur alicui & secundum esse suum essentialē, &
secundum esse accidētale, tam in rebus naturalibus,
quam in actionibus moralibus.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum actio humana sit bona, uel
mala ex fine.

A D QVARTVM sic proceditur. Videlur, qd̄ bonum & malum
in actibus humanis nō sint ex fine. Dicit enim Dionys. 4. ca. de di-
no, quod nihil respiciens ad malū,
operatur. Si igitur ex fine deriu-
retur operatio bona, uel mala, nūl
la actio esset mala; quod patet ef-
se falsum.

T 2 Pr̄t. Bonitas actus est aliquid
in ipso existens; finis autē est cau-
sa extrinseca, non ergo secundum
finē dicitur actio bona, uel mala.

T 3 Pr̄t. Contingit aliquā bonam
operationē ad malū finē ordina-
ri, sicut cū aliquis dat eleemosy-
nā propter inanem gloriam, & eccl̄
uerlo, aliquā mala operationē or-
dinari ad bonū finem, sicut cū qd̄
furatur, ut det pauperi. non ergo
est ex fine actio bona, uel mala.

SED CONTRA est, quod Boetius
dicit in Topic. * quod cuius finis
bonus est, ipsum quoque bonū
est, & cuius finis malus est, ipsum
quoque malum est.

R E S P O N. Dicendum, qd̄ eadem
est dispositio rerū in bonitate, &
in esse. Sunt enim quædam, quo-

C Irca quartū art.
eiudem decimē
octauā questionis,
omislo tertio, aduer-
te quadriplicem bo-
nitatem in litera po-
sitivā actionis huma-
ne, sic, ut omnem bo-
nitatem cōvenire il-
lī intelligas, inquitū
est: actio humana.
Omnis n. humana a-
ctio quācumq; ui-
tiofa, cōtinē sub ge-
nere actionis huma-
ne: qd̄ est actus à ra-
tione, & uolunta-
te: &c: & sic habet
bonitatem & chari-
tatem actionis hu-
mana: & quantū hu-
iūmodi enitatis, ha-
bet tantum bonita-
tis: & secundum hoc
(ut infra dicit) om-
nis nostra, quamvis
mala, actio ē à Dō.

* Circa distinctionē
huius quadruplicis
bonitatis, in litera,
dubius occurrit: quia
superius in q. 7. boni
tas finis posita est in
ter circumstantias: hic
autem diuiditur con-
tra bonitatem circu-
stantiarum.

Prima Secunda S. Thomæ. F Ad